



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

### **Annales Ecclesiastici**

Jncipiens à Juliano Apostata Jmperatore, perducitur vsque ad obitum  
Theodosii Augusti: continet annos XXXIV.

**Baronio, Cesare**

**Coloniæ Agrippinæ, 1624**

Iesv Christi Annus 379. Damasi Pap. Annus 13. Gratiani 13. Valentin. 4.  
Theodosii 1. Imppp.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-14548**

Ecclesie Hierosolymitane, venientem rursus Romam, passum a Damaso in titulum Cardinalis adscribitur: nam illa epistola (vt ibi testatur) decimo tertio anno scripta est, postquam Hieronymus Hierosolymis commoratus est, totidemque & amplius post obitum Damasi, sed de his rursus inferius.

I E S V C H R I S T I  
Annus 379.

DAMASI PAP. ANNO 13. GRATIANI 13. VALENTIN. 4. IMPPE. THEODOSII 1.

I. CONSULATVS AVSONII GALLI.

Recentissimus vnde octogesimus annus Domini Ausonium Gallum & Olybium habuit Consules ordinarios. Eiusmodi honore primario Gratianus Augustus Ausonium magistrum suum ornare voluit, illud probe sciens, magistris eoque ac parentibus haud dignam meritis vicem referri posse. Rependit illi pro munere & ipse Ausonium egregiam gratiarum actionem, quam coram ipso Imperatore & amplissimo Senatu dixit: qua & hec incipit: Tu Auguste venerabilis, districtum maximo bello, assultantibus tot milibus barbarorum, quibus Danabogora prorexit, Comitibus Consularibus mei armatus exeres. Tribunitia ista quod in vrbe Sirmio geruntur, an vt quod inprocinctu, Centuriata dicuntur, an (vt quondam) Pontificalia vocabantur, sine arbitrio multitudinis sacerdotum tractata collegio sic potius sic vocentur: qua tu Pontifex Maximus Deo participatum habuisti. Non est ingenij mei, pigritiam Imperator, talia comministi: verba sunt litterarum tuarum, quibus apud me auctoritatem summi nominis & tue voluntatis amplifica sic enim loqueris: Ceterum de Consularibus in annum creatandis solum mecum voluisti, vt me iugis, atque vt facere debui, vt velle te scuis consilium meum ad Deum tuli. Eius auctoritati obsecrasti, te Consulem designari, etc. haec ibi: & inferius de Gratiani pietate: Nullum tu iniquam diem ab adolescentia tua, nisi adorato Dei numine, & reu voti, & illico absolutus, egressus in manibus, mente pura, immaculabili conscientia, & quod in paucis est cogitatione sincera, haec ipse. Ita volumus retulisse ad insinuandam Christiani Principis pietatem: cui etiam hucusque cum Imperio titulus ille nomine tenus potius, quam re inhereret, Pontificis Maximi, sicut alius superioribus Christianis Imperatoribus: ipse tamen (vt dicemus) pietatis purus cultor abiecit.

2. Aofra. prat. ad. pro Consul.

FIRMA GRATIANI.

II. de Auson. in breua spid. Kal. Ian. Idyl.

Potro autem idem Ausonium in precatio illa, qua sui Consulatus auspicia occinuit, haec haud vane annihuius auguratus est bona, dum post alia ita habet: *Lane veni, nouus ante veni, venonate veni Sol, Hostibus edonitis, qua Francia mixta Sueuis Certat ad obsequium, Latius vt militet armis: Qua vago Saurumates filij inuenerat agmina Chuni, Quaeq; Getis factu Histram adfulabat Alanti. Hoc mihi prope tibus Victoria nunciat alio. Lam venit Augustus, nostros vt comat honores Officio exornans, quos participare cupisset.*

III. c. Secra. 1. p. 1. THEODOSII IMPERATOR RELIGIOSI.

Et paulo post: *Ecc ubi se cumulat mea porpora / mitibus dult Auribus hoc Nemesij post me dignatur orris Augustus Consul, plusquam conferre videtur Me sibi, qui iusta nostros praecedere fasces, de Theodosio nimirum eodem mens Imperatore creato intelligens. Nam paulo post, nempe eiusdem mensis Ianuarii die decima sexta, idem Gratianus Augustus proxime spectans imminentes in cladem totius Romani Imperij Gothorum victrices turmas: cum ipse reuocaretur in Gallias ob Alemannos iterum rebellantes Imperatoris absentia, & ob cladem Orientalem fetocioribus animis in dilectentes Sirmii agens, ad otatoque numine, eius instinctu, publicis Comitibus militibus creat Orientalis Imperij in locum Valentis de sancti Theodosium Imperatore e manum agentem aetatis tertium supra trigessimam, qui tem-*

poterit Valentini senioris post praeclaus aduersus barbaros tes gelas, inuidiam passus, atque ad necem qualitus, feruatus tamen fuit magno Dei consilio ad erigentium collapsum in Oriente Romanum Imperium ob incursionem barbarorum, & ad vindicandum Occidentale & eruentis sanguine regio manibus tyrannorum. Affallit se diuinitus numen in eius natalibus, vt bonorum futurorum praenancium nomen consequeretur, Theodosiusque diceretur, auctor est Aurelius Victor, qui ait d: Huc ferunt nomen somnio parentes monitos facituisse, vt Latine intelligimus, a Deo datum. De hoc etiam quibusdam oraculis in Aspidungatum est, cum etiam Valenti dicerent successurum, cuius nomen, e O, E, O, atque A, Graecis litteris initiaretur, qua cognatione principij deceptus Theodosius, cum sibi Imperium praesumeret, seclis a cupidinis supplicia percipit, haec Victor, qui eum patre Honoriam matre Thermacia, genere Hispanum, originem a Traiano tractasse dicit. Ceterum quod ad parentem eius spectat, non Honoriam fuisse, sed Theodosium, S. Ambrosius & Orolius f. Ammianus & alii testantur: patriam vero ipsius Marcellinus & tradit Italicam, Zosimus autem b e u Cauce Gallicae oppidi natum dicit. Vnus hic inter tot tantosque Imperatores inuentus, sententia Claudiani i, qui non quaerit purpuram, sed ipse quaesitus sit ab eam ait:

*Hec sunt innumeris per se quaesita trophaea: Non generis dona, non ambitione potius. Digna legi virtus: pro se purpura supplex Oblatus, & solum meruit regnare rogatus.*

Laudatur summo opere de Theodosii electione Gratianus, vt pote qui prospiceret publice potius, quam privatae utilitati, fortissimo duci dimidium cedens Imperium, qui reliqui dimidium ante fratrem adsciuisset sibi consortem. Commendat eum sanctus Augustinus his verbis k: Gratianus Theodosium regni participem fecit, cum parvulum haberet & fratrem, auidior fide locutus, quam nimia potestatis, ita ipse. Porro de creatione Theodosii errasse conuenitur Theodoretus, dum ait, non nisi post adeptam victoriam de Gothis fuisse a Gratiano nominatum Imperatorem, cum reliqui omnes antiqui h. Historici dicant eum ante creatum fuisse Augustum, postea vero cum exercitu profectum esse contra barbaros. Pugna autem ab eo inita aduersus Gothos, victoriaeque adepta sic ab ipso Theodoretus describitur l:

Theodosius fide communitus, alacri animo & erecto iter suscipit, & ingressus in Thraciam, barbarosque ex aduerso venientes confectus, aciem velut prolium facturus instruit. Facta autem leui pugna: cum barbari Romanorum impetum sustinere non possent, aciem deserunt, atque terga dantes fugae se mandant: quos Romani, quantum poterant, persequuntur, magnaque barbarorum fit caedes, nam non a Romanis solum, sed ab se mutuo interfecti conciderunt. Quare cum quamplurimi essent ad hunc modum trucidati, & pauci, qui lateo poterant, istrum traxerunt: Dixit ille longe praestantissimus Theodosius, copias suis ad vicinas vrbes distribuit, ad Imperatorem Gratianum celerissime, quo sua victoria ipse nunciatus esset, proficiscitur.

Atque cum Gratianus Imperator, quem arabat, ne creditibilia quidem putaret, & factum supra modum miraretur, illi, quos simul persequantur inuidia, ante eum & fugae se dedisse, & exercitum amississe, Theodosius igitur postulat ab illis, qui contra adierant, vt mittant nuncios, perque eos multitudinem barbarorum interfectorum diligenter cognoscant: facile namque esse ex hostium numerum adiscere. Cuius rationi assensus Imperator, misit nuncios, qui rei gestas explorarent, atque postea referrent.

Duci autem optimo Theodosio interim apud Gratianum commoranti diuina quaedam visio ab ipso omnium rectore Deo obiecta est. Videtur n. videre diuinum Melerium Ecclesiae Antiochena Praesule, lanam sibi Imperatoriam ungere, & eivand illi honori conuenientem capiti imponere. Qua cum dictu se illi quietem vidisset, prima luce eundem ex familiaribus indicant. Ille somnium manifestum esse, & nihil obscuri ambiguit in se complecti dixit. Ac pauci dies iam intercesserant, cum reuerunt nuncios, qui ad res a Theodosio gestas explorare cognoscendas profecti fuissent, vt referunt, per malicia barba-

d. Aurelius Victor in Theod.

e. Ambros. in funera Theod. f. Orat. li. 7. c. 13. g. Marcell. lib. Chron. h. Z. s. l. a. i. Elaud. de a. Consulatu in Theod.

IV.

k. Aug. de Civ. Dei li. 5. c. 25.

l. Theod. l. 1. c. 5. THEODOSIUS DEBELLAT GOTHOS.

V. VITTO OCTAVIA THEODOSIO.



rum nulla esse translata, &c. haec de victoria Theodosii, postquam perpe...

a. Claud. de q. c. consula tu honorij

Nulla relicta foret Romani nominis umbra, Ni pater ille tuus tamquam ruitura subsistet

VI. b. Sec. l. 7. c. 4. GRATIANUS VI. IT ALI MAN NOS

Sozomenus de bello nihil, sed Gothos per Legatos tradidit pacem petentes in amicitiam esse receptos; Gratianum autem profectum contra Alemannos, eos feliciter debellasse...

VII. c. 2. Amb. ep. 26.

Sane quidem ingentem hostium multitudinem a Gratiano prostratam, reliquos vero in deditionem acceptos fuisse, Zosimus e auctor est. Sed vnde tanta haec Gratiano, nisi precibus sanctissimi sacerdotis Ambrosii? Accipere quidpiam precibus postea reddidit Gratianum d habeat, cum se excauit, quod redeunt ipsi...

VIII. PROXIM VOTA TRE GRATIANUS

At non Ambrosius danaxat pro Gratiani victoria sollicitus iuges obtulit Deo preces, sed fidelium omnium vota publica nuncupata sunt, frequensque tunc pro eopiorum ad basilicas concursus prospera illi assidue postulantium vnde Ausonius huius anni Consul in gratiarum actione: Non fornum, & basilica olim negotij plena, munc votu votum, pro tua salute susceptu: nam de sua cui non, te imperante, scruvitat. Ex his plane intelligis hoc esse tempus, quo Gratianus Imperator eius litteras ad Ambrosium dedit, quibus ab eo petit scibi non libros fidei (nam hos iam ante dederat) sed de Spiritu S. quos post sequentem annum ab ipso Ambrosio esse consecratos, inferius demonstrabimus. Quae ergo adeo perspicuis cognouisset exemplis, pietate Deum conciliari, praestitque ipsum esse cultoribus religionis; reuersus e prelo nihil antiquius habuit, quam in veram incumbere religionem: quam obrem vt eam omni studio perfectam omnibusque numeris absolutam redderet, Ambrosium ad se his litteris accessitui, e

c. Apud Ambros. ep. 26.

Ambrosio religiosissimo sacerdoti omnipotentis Dei Gratianus Augustus.

IX. LITTERAE GRATIANI AD AMBROSIVM

Cupio valde, vt quem recorder absentem, & cum quo mente sum, cum eodem corpore sim praesenti. Vespera ruit ad me religio sa. credis, vt dogma doctrinam vere credentibus: non quo contentionsi fudeam, aut velim magis Deum verbis quam mente complecti, sed vt magis aperto pectori reuelatio diuinitatu infusalet. Docet enim me ille, quem non nego, quem sator Deum & Dominum esse necum; non est obsequens, quam in me video creaturam, qui Christo nihil me addere posse confiteor; verum tamen vt etiam Patri me conuen-

dem, solum praedando. Non ego in Deum verebor inuidiam, non me a leu Landatorem putabo, qui diuinitatem verbi augetam. Ego infirmus & fragilis, quantum possum praedico, non quantum est ipsa diuinitas. Rogo te, vt mihi de ipso tractatu, quem dederas, augendo ille de Spiritu S. fidelem disputationem, scripturis atque argumentis Deum esse conuincas. Diuinitas te seruat per multos annos, cultor Dei aeterni, quem colimus Iesum Christum, haec lenus Gratianus ad Ambrosium.

X.

Abierit ne ad eum Ambrosius, licet quid certi n. m. imine affirmari possit: non defuisse tamen ipsum adeo religiose petenti, par esse credere. excreum antequam proficisceretur, liquet ad eiusdem Gratiani recitatas litteras respiciisse: extat ipsa epistola f. omni plena officio, ex qua ca, quae paulo ante sunt recitata, hic excerptis fuisse iusticia, & meminisse rituli, cum Christianissimum Principem nominat. Insuper excelsus, scriptio nem elaborandam de diuinitate Spiritus sancti haud ita cito a se mittendam, cum magni momenti esset opus, haec ait: De Spiritu vero intermi ventam scriptio peto: quoniam quem iudicem meo sim sermone habitarus, agnosci, &c. porro non ante biennium eam lucubrationem ab Ambrosio absolutam, & ad Gratianum missam, suo loco dicitur sumus. Experiisse interim ipsam Ambrosium lucubrationes Basilii eo argumento conscriptas, facile intelligit, qui legit vti in quo doctoris ea de re commentarios editos; quod & sanctus Hieronymus probe nouit.

f. Amb. ep. 26.

XI.

Post tantam autem adeptam victoriam, quamnam gratiarum actionem Gratianus Deo, populoque fideli pro precibus impensis munus reddidit vtiq; illud, quod ait Ambrosius: Reddidisti mihi quietem Ecclesia, perfidum ora atque (quod vti in) & corda clauis. quoniam vero modo hoc vti que sanctorem pio dignam Imperatore promulgando, qua haereticorum omnium ora blasphemiam compescuit, ad Helperium Praefectum Praetorio ita scribens g:

g. l. de her. c. Theod. c. sed in c. Gratian. XI. l. 25. v. 15. HARETICOS

Omnis reuera legibus & diuinis & Imperatoribus haereses perpetuo conuincant. Quisquis opinionem plebsilibus Dei profanus immittat: sibi tantummodo nocitura sentiat, alius obfutura non p. dat. Quisquis redempta venerabilis lanacro corpora, parata morte, tabis fiat: id auferendo quod genuit (nempe baptismum) sibi solus talia nonerit, alius nefaria institutione non perdat: Omnesque peruersa istius superstitio magistri pariter & ministri, seu sibi sacerdotales assumptione Episcoporum nomen infamant, seu quod proximam est praedicatorum vocabulo religionem mentiantur, seu etiam seditiones, cum nec Christiani quidem habeantur, appellent: hi con illabula damnatae diuini opinionis abhincant. Denique antiquate rescripo, quod apud Sirmium nuper emerfit; ea tantum super Catholica obseruatione permanent, quae perenni recordatione pater iussit & nos ipsi vti in aeternum aequae numerosa in fione mandauimus. Dat. III. Non. August. Modis. Accep. XIII. Kalend. Septemb. Ausonio & Olybrio Cass. haec ex Codice Theodosiano, vt antiquior, depromptus: in Codice autem Iulianeo h. cum haec habeantur summam perfricta, his addidit ista appendix: Haereticorum autem vti abulo continentur, & latu aduersus eos sanctionibus succumbere debent: quae vel loci argumento a iudicio Catholicae religionis non tradite deicere fuerint demare, haec ibi.

g. l. de her. c. Theod. c. sed in c. Gratian. XI. l. 25. v. 15. HARETICOS

h. l. c. d. 1. 1. 1.

XII. VICTORIA RELIGIONIS CONIUNCTA

Porro iam intelligis absque alia admonitione, lector, vna cum haeresi in regna cladem inuechi, & cum fide Catholica salutem ferri: perdidisse profanam haereticum simul cum Imperatore pariter Orientis Imperium, restitutum tamen ipsum atque amplius & pulchrius redditum, simulac fides Catholicae imperauit; licet in Occidente cumulari victoris Gratianum, & frementes vndiq; barbaros reddi debiles ac profus imbelles, cum in castris exibat cum gratia atque precibus sacerdotum sancta religio; contra vero felicissimam ac tranquillum Imperium statum inuechi senties, mox vt Augustus haereticis fauerere videris, atque pro defensione Catholicae veritatis totpelcere, vel religiosos Anosites ab iisdem impie periti hant, adeo vt perspicue intelligas, alatum Victoriam (si dicere ita licet) religionem penitus consequi; haereticos: o ritiles Erymanus evocatas ab inferis secum duccere. haec enim sanctus Ambrosius in libris ad Gratianum de

f. id

Ecclesiast.

XIII.

al. de la. brali. colla. C. Theod. b. d. de. pal. sacra. larg. C. Theod.

XIV. ARIANI ADHYC PROCAE.

GRIGOR. NAZIAN. QUANTA PASSVS AD ARIANIS

XV.

c. Gr. Naz. or. ad. 150. Epi.

GRIGOR. NAZIAN. IN DOCIN DO MODESTIA.

GR. NAZIANZ. CONTEMPTI HA BITVS. d. Gr. Naz. in cor. de vita sua.

fide scriptis consideranda proponitur; in his etiam, quos de Spiritu S. ad eandem adiecit, in mentem reuocat, ut diximus suo loco, & inferius dictum sumus.

Compescuit hoc item anno, dato rescripto ad eundem Hesperium Pp. Gratianus anaritia clericorum & exercitum mercaturam, quos à lultrali collatione non nisi in denis vel quindenis solidis voluit immunes esse a. Extat præterea hoc eodem anno eiusdem Gratiani rescriptum ad Cæterum Comitem sacrum largitionum, virum pietate insignem, cuius memoria viget titulo sanctitatis apud Tolentinenses: A cta tamen eius, quæ vidimus erroribus sciant. Sed iam ad res Orientalis Ecclesiæ huius anni se conuertat oratio.

Quod autem hoc anno post edictos Gothos Theodosius nequaquam Constantinopolim se contulerit, imo nec ultra Thesalonicam sit progressus, sed ibidem ei hicmate contigerit; quodq; insuper idem Imperator adhuc catechumenus nesciret, à cuiusnam secte baptizari vellet Aristitire, cum præsertim in baptizandis Imperatoribus in Oriente Ariani id sibi muneris arrogassent, baptizatis ab eis Constantio atque Valente, imo de Constantio Magno id ipsis mendaciter asserentibus: inde accidit, ut iidem Ariani adhuc animis erecti Catholicos incesse- rent, lacefferentque illis præsertim in locis, in quibus numero præstarent, atque fauore magistratum auctoritate pollerent, ut inter alia loca scimus accidisse Constanti- nopolim. Ibi enim sanct. Gregorium Nazianzenum fidem Catholicam edocentem, lapidibus primam impetiere, traxereque ut maleficum ad tribunal: cum ille inter hæc diuina confortatus spe de magno ex prædicatione futuro proeunt, omnia sustinebat propter electos, sciens agrum Dominicum afferre solere fructum cætoplum in patien- tia: sicque appetitis lapidibus tolerans, contumelisque vexatus, vberes benedictiones rependens, plane effecti, ut etiam complurium perditorum animos sibi concilia- ret, atque ad fidem Catholicam suscipiendam magnope- re prouocaret.

Id quidem de se ipse coram amplissimo Synodi audito- rio, coactus sua prosequi instituta: atque pro concione sue fementis fructus offendere, his verbis significat. *Vultis aliquid elatus adiciam? Videris aduersarias linguas posita feritate, misereos, atque eos, qui diuinitati bellum induxerunt, nihil iam turbatum nobis facientes? id quoque spiritus, id quoque agri- cultura nostra est. Non enim in sicca atque meridua docemus, nec aduersarios contumelios & conuiciis incesimus, quem admodum plerique faciunt, non cum dogmate, sed cum dogmatibus asseritoribus consurgentes, ac rationem & argumentorum infirmitatem malelicis interdam contuentes, non aliter ac sepius ante se arcammentum vomere auiunt, ut piscatores effugiant, aut conspectum sui cui eripiant. Verum nos pro Christo bellum gerere perspicuo argumento declara- mus, dum secundum illum pacificum & elementem Christum, atq; infirmitates nostras portantem, dimicamus. Neque enim cum vere atque Orthodoxæ fidei pernicipite studemus, non nihil de animo- rum contensione remittentes, ut moderatiõis, & aequitatis famam colloquamus ( non enim quod bonum est, male accipiamur ) atque in- terim tamen pacem colimus, legitime inimicis pugnantibus, atque in- tra limites nostras spiritibus, regulam nosmet contuentes. Ac de his quidem ita sentio, cunctisq; ammarum dispersatoribus velleque do- ctrina arduum legem statuo, ut nec asseritate sua aduersariorum animos exulcerent, nec submissione inferioriorum efficiant, sed pruden- ter & consulto in fidei causa se gerant, nec in alterno horum me- dioeritatis lineis transsiant. hæc Gregorius.*

Hiscæ quippe exemplo & doctrina Christi comparatis ad expugnandos implacabiles hostes armis Gregorius vicit tandem, cum aliqui aliis excausis contempti ef- fet atque despectui haberetur, ut ipse testatur his Iambi- cis d:

*Nec enim serabant pauperum plane virum,  
Ragus aratum, visibus fixis huius,  
Viliq; veste, tabidum sicut & fame,  
Metu & futuri, catervis, etiam malis.  
Nec elegantis præditum vultu, hostitem,  
Vagamq; tenentis horridis terra abditum.*

Annal. Eccl. Tom. 4.

At plane accidit, ut quem admodum si fumus elaret, cat in flammam, qui ante molestus oculis erat, suo splendore visum illustret, exhilaratque; ita sane euenit de Grego- rio; ut quod vitæ duritia, vultusque asperitate horridum & terum aspectum præferret; puritate tamen doctrinæ lucescens, animique moderatione, aliarumque virtutum fulgore resplendens, hostium quoque oculos in se conuerteret, alliceretque eos, atque adduceret ad rectam semi- tam veritatis; adeo ut quæ cæcipientibus oculis prius esse videbantur horri- ferent eadem ad pietatem illece- bræ, sicque quod scriptum est in Prouerbis e: *Infortia semita quasi lux splendens procedit & crescit usq; ad perfectam diem* Gregorius longe lateque doctrina & sanctitate refulgēs, adiuuatiõis esse ceperit cunctis, etiam absentibus. Haud enim vrbis licet amplissima ambitu valuit contineri in- signe nomen Gregorii, quin etiam prouincias remotissi- mas penetraret.

Gregorii enim fama permotus, impulsusque sanctus Hieronymus vna cum collega Vincentio, è Syria, tam longinquo terrarum spatio, contulit se Constantinopo- lim. Res plane admiratione digna est; hominem, quem ob insignem eruditionem consulerent Occidentales E- piscopi, imo ipse Episcopus Episcoporum Damasus id crebrius factitaret, tam longa difficultate itinera pera- grassse, ut Gregorii esse meretur auditor, ac sub tanto magistro posset profiteri discipulum, inde sibi sumum gloriæ decus conciliarum exultimas cum acclensione doctrinæ.

Quam autem spagni ipse hoc idem fecerit, audi, quanta gloria id ostentet: *Ego* (inquit aduersus Rufinum a- gens) *magistro glorior & exulto.* & alibi ad Dominionem scribens, Gregoriam Nazianzenum suum catechistam appellat g, quasi eius comparatione plane rudis, qui fidē eo explanante didicerit, videretur; & aduersus Iouinia- num hagens, putans tanti nominis auctoritate perfungi posse procaciam petulantis hæresiarachæ, eam sic citat: *Preceptor meus Gregorius Nazianzenus virginis vitam & nuptias differens Græcis versibus explicauit.* & cum alibi præclata eius- dem Gregorii scriptorum recentet monumenta, quanta gloria id exaggerat; cum ait: *Gregorium Nazianzenum Episcopus, vir eloquentissimus, sed non id sibi satis; rñde illud addit: Preceptor meus, & hoc parum, nisi adiciat: Quo Scripturas ex- plante dulci.*

Quæ autem ipse scitens ex vberissimo limpidoque fonte potauit, ita mente retinuit, ut non ea solum, quæ serio ab ipso explanata essent in cathedra, sed & quæ familiariter ioco iactata essent, tenacis memoriæ thesauro condita custodierit, posteritque tradiderit, ut illud ad Nepotianum h doceret, cum ait: *Preceptor quondam meus Gregorius Nazianzenus, rogatus à me, ut exponeret, quid sibi veller in Luca 1 sabbatum d & rñ q. rñ in: eleganter lusi: Dico te, in- quiens super hæc re in Ecclesia: in qua mihi omni populo actiam an- te cogeri inuitis scire quod nescis; aut certe si solus tacueris, solus ab omnibus iniustitia condemnaberis. Nihil tam facile, quam vitem plebeculam & inoedam concionem lingua volubritate decipere: qua quicquid non intelligit, plus miratur, hæc Hieronymus: ex quibus & illud plane significatur, tam agnitum Grego- rium Constantinopoli eo estimatiõis peruenisse, ut ex- cipi soletet magno plausu, quicquid ipse dixisset. At euf- dem Gregorii dexteras quam suauis, dum se à discipulo magistrum extempore magna quaestione pulsante sic com- miter liberauit, & palcha honestaque tergiversatione delusit!*

Inhærens tunc Greg. Hieronymus, ut magnæ aquila- pullus, qui eius interdum humeris portaretur, ausus est sublimi volatu superare celos, & vique ad Dominum se- dentem super solum excelsum & eleuatum peruenire, seque admiscere Seraphinis: vbi quæ didicit arcana mys- ticia, scriptis mandata tradidit Damaso Romano Pon- tifici, testatur id ipse, cum sextum Isaie caput post an- no: triginta interpretaturus, his se verbis exultat in: *De hæc visione ante annos circiter triginta, cum essem Constantino- poli, & apud virum eloquentissimum Gregorium Nazianzenum tum eius vrbis Episcopum sanctarum scripturarum studium erudit:*

XVI.

GRIGOR. NAZ. VIRVS TERNOS TESCIT.

c. Præf. 4.

XVII.

HIERON. VENIT CONSTAN TINOPOLIM GREGOR. NAZIANZ.

f. Hier. ad Pamachiu aduers. Rufin. g. Hier. ep. 71. h. Hier. ad uers. Iouia- ni.

i. Hier. de scrip. Eccl. in Gr. Na. C.

XVIII.

k. Hier. ep. 2.

l. Luc. 6. GR. NAZ. FACET E ILVDOT. HIERON.

XIX.

HIERON. DVCE GR. NAZ. CEL- SA PETIT.

m. Hiero. in Isa. 6.



scimus breuiter dilasse, subterfugie tractatum, vt experimentum capere ingenio mei, & amich subentibus obedirem. Ad illam itaque libellum muto lectorem, oroque vt breui huius temporis expositione contentus sit, haec Hieronymus. Ex amicis iuberibus Damascus praecipuus fuit, ad quem ipse tractatum illum inscripsit. Porro quod tanto doctore qua didicit securus scripterit, haud opus habuit post annos triginta eandem repetens interpretationem, priora (vt fecerat secundo interpretatus Abdiam) delere posterioribus, aut amplioribus eam terminis dilatare. Hoc plane ipsam tenus consignat, cum de eorum Origenis ad Pammachium & Oceanum Hieronymus scribens epistolam, ait h. ab hoc tempore, quo edidit eiusmodi interpretationem in Italia caput sextum, intercuisse spatia annorum viginti.

a Hier. ep. 142. 143.

b Hier. ep. 91.

XX. GREGOR. NAAZIAN. IN NOTIS SCIT HIERONIMO.

c Hieron. de Scrip. Eccl. in Gr. Nijf.

XXI. GREGOR. NAAZIAN. QVALIS CYM HIERON.

d Hieron. ad Epist. c. 5.

e Hieron. ad monach. c. 1. in sum. in su.

XXII. HIERON. IN QLEVIS EXFERAVIT GR. GREG. NAAZIANZ.

f Gr. Naz. ep. 21. ad Posthumiannu.

Quamquam autem temporis contigerit Hieronymum apud Gregorium Constantinopolim commorari, exactius disquiramus ex consignata ab ipso superius eius scriptio- nis chronographia, cum testatur se illa scripsisse, Grego- rio ipso iam facto Constantinopolitano Episcopo: con- tigit id post annum sequentem, quod insuper se ibi Grego- rium Nyssenum cognouisse testetur, quem tempore indicat Constantinopolitana Synodi illae cum alijs Episcopis contigit proficisci: ex his, inquam, (si a presen- ti anno numeres) inuenies Hieronymum tribus ferme annis Constantinopolim audisse Gregorium. Ipse vero de Gregorio Nysseno ita meminit: Gregorius Nyssenus Epi- scopus fratris Basilij Caesarisensis ante plures annos mihi & Gregorio Nazianzeno contra Eunomium legit libris, & ca. Sed re- deamus ad Theologum Constantinopolim publice profes- sorem.

Quoniam modo qui inter alia nobilissima ingenia Hiero- nymum Gregorius discipulum habuit, ad eum docen- dam est comparatus: num supercilio praepotens, do- ctorisue tumido fatu: minime gentium, sed familiariter omnia, ac velut eum socio & aequali ( nisi quando ille e- st suggesta doceret) mura collocauone disceptationeque pari: vt interdum ab omni interrogantia ipse Gregorius pro- cul abhorrens, se minorem imparerq; sublimi Scripturae sensu fieri non erubesceret. Sic in exemplum quod de ip- so in commentariis in epistolam ad Ephesios idem Hiero- nymus docet his verbis: Gregorius Nazianzenus vt val- det eloqui & in Scripturis apprime eruditus, cum de hoc mecum tractaret loco, soluit dicere: Vides, quantum istum caputis sacra- mentum sit, vt apostolus in Christo & in Ecclesia illud interpre- tans, non sicut afferat, vt testimonij possidebat dignitas, expres- sisse sed quodammodo discreti: Scio, quia locus iste in scripturis ple- num sit sacramentum, & diuinum cor quae interpretatur, haec Hiero- nymus: qui quidem mente retinens sublimi illud in Gregorio dicendi genus, scriptaque eius ferri velut flum e- extendans, in quod omnium scientiarum cui confluerint, non potuit non luceferre Rufino, qui exiguo an- gulo, alio illud in Latinos deciarare praesumpserit, ob id iure illud in eum exclamans e: Responde, cur scribere aliqua ausus sis, & verum disertissimum Gregorium pariloqui splendore transferre: Vnde tibi tanta verborum copia, scientiarum lamen, translationum varietas? &c.

Ceterum quod gloria patris sic filius sapiens, discipu- lique excellens doctrina decori sit praepotenti, secundum illud antiquum: Multi discipuli prudentiores magistris. si confes- fas Hieronymum cum Gregorio, inuenies aliqua, qui- bus amplius hic excellat: vt veram indices Ennodij Tri- penfis esse sententiam, ita dicentis: Hieronymum noster, nisi praepotenti suam Gregorius diceret, illo melior conferetur: sed illi applicanda sunt bona nominatim, a quo sumptisse videntur origine, haec ipse. Certe quidem in his, quae spectant ad multi- plicem linguarum peritiam, quam in diuinis explicandis scripturis, & diuersarum linguarum scripturis consulen- dis, magis momenti esse nemo negat, absque cotroutet- sia Gregorium primas dare Hieronymo certu est, vt opte qui profiteatur etiam Latinam linguam toto orbe Ro- mano diffusam se penitus ignorasse: quod ad Posthumi- annum Gratianum Latinamque linguam callentem, scribens, ita testatur f. Sublimis est eruditione, & quidem utroque eruditio-

nis genere, & utraque de cuius facultate: alterius enim quantum sa- mam audimus? (ne enim lingua Romana sum, nec Italianam doctrinam calleo, alterius autem periculum ipse fecimus). & ca. Fac- tus vero postea Praepositor Constantinopolitanus Gie- gorius ordinari presbyterum Vincentium Hieronymi comitem, ita tamen, vt non passus sit ille Constantinopoli, licet nec ipse Antiochia retineri, prout idem Hiero- nymus testatur in epistola ad Pammachiu g. Sed de Hiero- nymo satis: quando autem contigerit ipsum inde recede- re, Romamque ad Damascum se conferre, dicemus suo tempore.

At vero Gregorius Constantinopoli docens, haud ita felix in Euagrio Pontico suo discipulo fuit, sicut exitit in Hieronymo. Hunc quidem tradit Palladius b ordinatum fuisse lectorem a S. Basilio, secutum vt: o post illius obi- tum Gregorium Constantinopolim, ab coque ordina- tum fuisse diaconum, commendatumque ab eodem Con- stantinopolitane ecclesiae successori Nechtario, sed co- actum postea recedere ab vrbe profectum esse in Aegyptu vbi ipse cum Didymo Alexandrino Origenis studiosissi- mo consuetudinem habens dogmata Origenis commi- niscens, renouansque illius praeas opiniones, factus est Originistarum dogmatum asseror & propugnator: de quibus singularis dicendum est inferius pro temporis ra- tione, simulque recensenda lubricationes ab eo editae, quas enumerat Socrates: qui tamen in eo magno pece- rat, cum ait Gregorium Nazianzenum vna cum Euagrio post abdicatam sedem esse profectum in Aegyptum. Quo- nam vero fere contulerit Gregorius, cum recessit Constan- tinopoli, dicemus inferius.

Inter haec autem Maximus ille Alexandrinus ex philo- sopho Cynico Christianus, qui se iactabat martyrum fi- lium, & pro fide exulem in Oasid solitud. ne: quasi gloria confessionis illustris; Constantinopolim veniens, tanquam in scena ludens edidit ostentationis spectaculum ob oculos omnium: eam Gregorius, vt par esse videbatur, hominem suscepit, amplexatusque est, quasi a praedio victo- rem redeantem, inque laudem eius luculentiam habuit orationem, de qua haec sancti Hieronymus. k. Scripsit Grego- rius laudes Maximij philosophij post exilium reuersi, quem falso no- mine quidam Hieronij super scripserunt, quia & est alius liber viu- perationem eiusdem Maximij continens: quasi non liceret eundem laudare & vituperare pro tempore. haecepit. Venit quidem is dolose, vt exturbaret Gregorium Constantinopolim, ipse vero cathedram illam arripere significat id sane Grego- rius illis verbis l.

—improbe quod struxerat  
Senex, solo siliace me vt pelleret,  
Cui nec chronos erat, villa nec alia dignitas,  
Instructus essem quam quod & eius filij  
confortem habebam. Porro maximus ad tantam rem, quam mollebat, facere inlituens fundamenta, aggre- s- sus est pimum aucupare animam maioris Imperatoris, nempe Gratiani: quam obrem Mediolanum ad eum pro- fectus, obtulit illi librum, & quidem (vt ait S. Hieron. m) insignem, de fide aduersus Arianos.

Inter haec autem, cum opera Gregorii creuisset magno- pere numerus Orthodoxorum Constantinopoli: si dem Catholici, in odium Demophilij Ariani in eadem vrbe Episcopij, ne ipsi soli pastore carere viderentur, Gregorium postulant eius vrbis Episcopum, cuius quidem postula- tionis licet nullus federe penitus recufaret, tamen Pe- trus Alexandrinus eundem Gregorium instituit per li- teras Episcopum Constantinopolitanam, prout his ver- bis ipse Gregorius indicat n.

Qui Petrus ipse Praefulum illorum a vider  
Prout quidem nos literis clarissimis

a Hier. ep. 91.

XXIII.

b Pallad. in Lanf. c. 5. DE SYA. GREGO POM TICO DIS- CIPULO GREGOR. NAAZIANZ.

k Hier. 14. c. 18.

XXIV. MAXIMUS CYNICE ADVENTU CONSTANTINOPOLIT.

l Hier. de Scrip. Eccl. in Gr. Naz.

m Gr. Naz. in car. de vita sua.

n Hier. de Scrip. Eccl. in Maxim.

XXV. GR. NAZ. POSTULAT. PVV 17756.

o Hier. Naz. in car. de vita sua.

EPISCOPI PRO MAXIMO AGUNT.

Gr. Nat. in Ep. Epist. appulsum.

XXVI. EPISCOPI PRYMIEN- TARIJ.

Ab Athan. Apol.

Apud Athan. Apol. dicitur de frumentum A-lex. C. Theod.

XXVII. SYDIA MAXIMI PROBBE ANTEP. SCINDA.

Fucos, vacuis, lintera ipsa ut fidelem Faciunt, sacro fixerit nos in throno.

Sed haud ite in sententia Petrus, qui ab instituto reuocatus, fauens Maximo aduersus Gregorium, manibus pedibusque natus est, vridem Maximus ordinaretur eius sedis Antistes, ad quod perficendum septem legauit Episcopos, alia tamen occasione praesentemque ut frumentum debitum Imperatori nauigijs impeditum portaret Constantinopolim. erant haec Episcoporum nomina, Ammon, Apammion, Harpocras, Stippas, Rhodon, Annubis, & Hermanubis. Hi vero quod Catholici essent, declinantes in vbe communionem Demophilii Arianorum Episcopi. Gregorio adhaerere, a quo & benigne suscipiunt, iam & ab eo laudati publica concione, cuius est exordium: Ego, qui ab Aegypto venerunt, prout debeo, saluabo, &c. qua quidem oratione cum sanctum Athanasium tam Petrum, totamque Aegypti Ecclesiam custodem Catholicae fidei plurimum praedicaui: ipsos denique ex eo possimum declinauerunt Arianorum communionem, & Catholici adhaeserunt, aitque: Non enim vos promiscua multitudine admixistis, nec hominum numero pietatem desinistis, nec miscellaneum vulgus potius esse sustinistis, quam populum Dei verbo perparatum. Verum postquam Caesaris, qui sunt Caesaris, ut par erat, contempsistis, Deo quoque, qui Dei sunt, attribulistis, illi nempe re- ligal, hinc timorem. Ac nutro cibus vestri populo, ipsi quoque cibi accipientis causa ad nos perrexit: nam & ipsi frumentum erogamus, &c.

Quod andis allatum ab Episcopis vechigal ad Imperatorem, nequaquam exiltimes id penitatum ab Aegypti Ecclesia, nam tantum abest, ut Ecclesiae triticum pro tributo perfectent ad Imperatorem, ut etiam ab Imperatore clerici omnes ex Constantini munificentia, ut dictum est superius, solent illud accipere. Publicam namque totius Aegypti vechigal id erat, quod legatione Episcoporum Constantinopolim, Episcopi Alexandrini accedente opera, mitteretur: indeque accidit (quod suo loco diximus) ynter alias calumnias in Athanasium ab Arianis concarnatas, illa fuerit, quod comminatus esset, si vellet, impedire, ne frumentum Constantinopolim defetteretur, id quidem ipsemet (ut hic etiam eadem repetamus) docet his verbis b.

Sed frumentum ab Athanasio, nauis sine decimas calumniati sunt: cum que gloriam esse dicere, quod frumenti deportationem ex Alexandria Constantinopolim impedire possent. hec ibi, & licet calumniose, ex vsu tamen rerum veri similitudo videri poterat comparata. Quin & Constantii quoque Ariani tempore persoluebatur Ecclesiae Aegypti frumentum ex Constantini munificentia annua penitatione debitum, id sane epistola Synodalis Concilii Alexandrini testatur ad finem c: habetur ipsa intertexta ab Athan. in secunda ipsius Apologia. Fortasse tunc accidit, ut quemadmodum postea lege Theodosii iunioris dicitur praecipuum fuisse, ut ad praedam curialium apteuerentiam, ad eiusmodi negotia frumentaria Alexandria alia certa designarentur officia: ita id muneri antea fuerit delegatum Episcopis. Sed ad Gregorium redeamus.

Quid autem post haec ausu temerario Maximus perentia: it, ipse Gregorius in carmine de Vita sua satis abunde explicat: co ille nimirum simul cum Maximo quendam presbyterum Constantinopolitanam Ecclesiae ordine secundum, Catholicae communionis, ob emulationem vero atque liuorem in Gregorium insensissimum, quod praecipuum fortasse doleret, spem illius Ecclesiae Episcopatus, quam conceperat ob toleratum multorum annorum bellum ab Arianis illatum. Hic itaque aduersus Gregorium cum Maximo conspirauit. Qui quidem Maximus suffarcinatus auro mutuo, accepto ab amico, qui appulerat Constantinopolim pecunia publica empturus tabulas ad fabricam templi construendam, Aegypti Episcopos illic gentes illo sibi conciliari, idque eadem simul tra- dit, quod gratum Petro ipsorum Episcopo esse scirent, gentilem suum sedi Constantinopolitanae perficere cupienti; occasione interea opportunitatem expectantes, quo se-

cretius, quoad fieri posset, Maximum detonsa Cylica coma, Episcopum ordinarent. Quod plura: Accidit ex sententia, ut Gregorius agerans foris in suburbio esset: cum illi ea captata occasione, noctis tempore in eius irumpunt Ecclesiam, atque in sede collocant Maximum.

Mane autem facto, magnus clericorum Orthodoxorum excitatus est ob facinus deforme tumultus, atque vniuersa commota est ciuitas, detestantibus omnibus etiam Arianis nefandum scelus: quod concinne a Gregorio his iambis concinuntur e:

Nox erat, at ager ipse erant: cum isti, velut Cautam introgressi conciti rabie lapsi, Nautas habentes plurimos pecunia Partos, facile Alexandriam qui incedere Solent, ces nam iuxta irumpens cohors Secum, locare in sede detonsam eantem Nituntur, antequam gregi ac primoribus Hoc inuicassent, aut mihi, saltem ut cant: Sic imperatum nam sibi ipsi dicunt.

& paulo post ista subdit: Ut laxat autem, clerici (etenim proxime Habitabat) ira frendet, atque celerime Disseminat ista res. Tam maxime Hinc flamma surgit, nam magistratus statim Multi, exterique consuunt etiam nocti.

delicet.

Ob hoc furebant, nam scelus cum illi, mihi Pendit laborum praemia hoc cum cernerent. At ne sic quidem, perfracta est illorum audacia, quae eo impudentius vrget opus, quo viribus premi contrariis sentit: siquidem quod perficere non licuit in Ecclesia, in scenici hominis diuerentes domum, sacrilegam munus explent. Subdit de his ita Gregorius:

Quid multa? referant illico et templo pedem Illud dolentes maxime, cepta irrita Cospisse. Verum ne mali in cassum forent, Explere pergit, deer at quod sabula. Namq, in choraula fordidam ingressi domum Graues superos & numini cari viri, Ac quosdam habentes face de vulgi infima, Carum resella Praesolem signati coma Nequisissimum, &c. Re autem comperita, quo animo id acceperint ciues, ita narrat ipse Gregorius:

Certe ob patratam tunc scelus tantus dolor Inuasi Vrben, nemo non ut tuum foret, Qui non furere, ac multa in ipsum effunderet Acerba, vitamq, illius profunderet, Ita esserent que quid animus fineret. Hic illud, aliud ille promebat mali, Quo pingeretur vnus peruersitas Insigni. At quid tandem: ab iisdem ciuibus Maximus pulsus est Vrbe: qui ne sic quidem cessit, sed Thestalonica proficiscitur ad Theodosium Imperatorem, prout ipse Gregorius inferius narrat: quae tamen reuicimus in sequentem annum, quod Theodosium conser Thestalonice diutius quiescit: qua ratione & quae de Maximo narrata sunt, hoc ipso anno contigisse oportuit.

Haec dum exacte copioseque Gregorius describit; addit s' appendicem, excusationem de eo, quod talem hominem, immo monitum tecepisset, ac tantopere publice pro concione laudasset: excusat se, inquam, ita dicens:

Quid igitur? An non carui hic nuper tibi? Non hinc ferebas laudibus summi primi? (Fortasse dicit quissiam, hoc qui sciet, Ac facilitatem veri at hanc mihi criminis, Per quam collebam pessimos etiam canes.) Culpanda profus haec mea ignoatio: Me gestus, ad amum ut, traxit in fraudem improbat, Vsu decorum lignum erat, ne non item. Fides se fellet latria me fucum mihi Ecce res verba subdolo corde edita.

Sieplane Gregorius deceptus ab hypocrita Maximo. Sed & paulo post:

XXVIII.

Gr. Nat. in eam. de vita sua.

MAXIMVS INTRVDITVR IN SEDEM CONSTANTINOPOL.

Ariani videlicet.

ORDINATIO MAXIMI IN DIOBOSSE- NICI.

XXIX.

Gr. Nat. in eam. de vita sua. GR. NAT. REGANTAT PALLI- NODIAM DE LAYDA TO MAXIMO.

Quid erat agendum? dicitur sui viri, Alindne quiddam cupiam vestrum placet? Angusta cum tam foret aditus Ecclesia, Stipulae ut ipse cogere quos legere. (Namq. arca tantam non ferunt licentiam, Quam lata qua sunt tempora. & late fluerent) Magni estimabam, quod canis caulam meam Tereret. Adeo namque tenues & exiles erant res Catholicorum ipsi primordiis aduentus Gregor. Constantinopolim, ut magno lucro duceret, si quem inuenisset Catholicum hominem sibi communicatione inherentem, preferentem inuicem inuicem Christi diuitis Pharaonis.

XXX. LAVDIS DICTA DE MAXIMO.

Sed & quid amplius elucere videbatur in Maximo, si quae ille iactabat, vera fuissent illa omnia, quae in eaque oratione in eius laudem, mutato titulo, in laudem Heronis scripta leguntur: nempe, ut paucis multa perstringam, quod ex parentibus martyrium prognatum diceret, quodq. Christo ipse totum se addidisset, temporeq. persecutionis sanctissime sub Lucio Alexandriae aduersus Catholicos excitatae stetit infraclus pro fidei patrocinio, cuius causa die virginitatis caesus fuit, ad postremam vere in Oasin deportatus, illic quadriennio permansisset. Accedebat, quam hypocrita affectabat, Christiana in omnibus philologia, nempe gloria diuinitatisque contemptus, modestia, animique fracta submissio, charitas erga omnes, studium salutis omnium, & ad conuincendos haereticos, Graecisque conuincendos scientia minime vulgaria. His, inquam, coloribus pictam laudem, absolutissimum reddentem omnium virtutum exemplar, tali tempore, tali loco non potuit non magni facere Gregorius tantopere non indigens in tanto praelio non duabus tantum fortissimisque militibus, sed lixe cuiusvis etiam ministerio.

Alter hic plane Proteus, sic enim quoque ipsi n appellat Gregorius: & ut proprius dicam, alter hic Luciani Peregrinus, qui ex Euangelio apertius sibi gloriam, quae sceleris ob delicta passus esset, fidei defensionis causa se tolerasse iactaret: nam & id quoque testatur ita Gregorius:

--- Hoc, manus, quod fugam ob noxas graues Felabat, ut sopro Deo hanc passus foret, Qui vapularat ut nocens, hinc martyrem Fallo arbitrabar, &c.

XXXI.

Postquam autem talia tamq. nefanda Maximus praesumpsisset, Gregorius est suburbano, ad quod valetudinis causa concesserat, Constantinopolim rediit, Ecclesiamque, quam tanto labore collegerat, schismate scissam reperiendam presbyter ille nefarius cum adhaesisset Maximo, nonnullos e Catholicis eidem conciliarat. Hec ergo sciens, imo oculis spectans ipse Gregorius, orationem illam habuit, cuius est exordium: Desiderabam vos, filij parique a vobis desiderio exoptabar, &c. post multa vero hac inuectiua perstringit Maximum ac sectatores ipsius b: Lam, inquit, mihi quoque inuicem iniquum canes, per vim pastores sese constituentes, idque (quod absurdum est valde) cum ad pastor alii muneris administrationem nihil omnino aliud contulerint, quam quod comam, cui oranda & alende turpiter inducunt, raserunt: qui nec in canum ordine manserunt, nec pastores facti sunt, nisi ut lamcut ac dispergant, laboresque aliorum inuicem. Et paulo post: Ac proximae ne nunc quidem insolentiam efferantur, qui canes aduersus gregem concitarunt, qui nec ouiculum quidem vnam proferre possunt, quem adduxerint, vel conserauerint, nec enim recte facere didicerunt, qui improbitatem studiose coluerunt, &c. Post multa vero in schismaticos dicta, eosdem contestatus, exprobrat animi sui moderationem, quam experti iam essent ab omni sedis cupiditate remotam, cum videlicet illi iam ante delegissent eum Episcopum, & in sede voluissent collocare, nec acquirere inuicem e.

XXXII.

Quid praeterea? ageat ipsi felicit. Episcopatum abrogabunt, & throni dei seat: Et quos tandem aut nati, aut ante pro impo atque h'ari animo conuencit. An vero eos, qui ascendunt, beatus predicare solus? Sicut, mihi eos dulces ac inuicem reddi, si a radique concitatus? Quid ne has quidem, qua moper acciderant animi mei

sententiam voluit, atque declarari? An illa quos, delicta quaedam & suus erant, atque amoris erga me vestri & desiderij exploratio? Nimirum callidi ac versuti homines facile adducuntur, ut virtutis sua de alio partem suscipiant, partem loquantur. Quod vero illa animi oppressio? quid illa imprecationes, quas aduersus nos ipsos publice concepinus: quid ille lacrymae, quarum tantam vim profuditimus, ut vobis etiam misericordiam moueremus, quantum aliqui propter oblationem odio pene effemus? haec & alia Gregorius, illis in memoriam reuocans, quantopere refragatos fuerit, cum ab ipsis eligeretur Episcopus. Demum in Petrum Episcopum Alexandrinum, quem propterea primo, postea vero senit aduersum ita iure conuenit: Nihil pro prius factum est, quam ut Petrus etiam me abiret: Ac fortassis fiet quidem amare, ut peccato medietur, ac rursus schismaticos eiusmodi compellat apostrophe: Quomodo distrahisti, & distrahisti, quasi bonos teneri vinculo soluti? Quomodo altare aduersus altare erexitis? Quomodo repente in desolationem ac vastitatem facti estis? Quomodo & ipsi hac praefatione extinguiti atq. mortui estis, & dolorem nobis inuisisti? Quomodo pastorum simplicitate ad gregis curam & interitum abiisti? non enim eorum imperitiam reprehendo, sed vestram malitiam accusabo. sic Gregor. aduersus Aegypti Episcopos, qui Maximo manus imposerant, additque alia fleru digna, quae autem postea acciderint, sequenti anno dicemus.

IESU CHRISTI ANNUM 380.

DAMASI PAP. ANNUM 14. GRATIANI 14. VALENTINI 5. IMPER. THEODOSII 2.

CHRISTI sequitur annus octogessimus supra trecentessimum, Consulatu quinto Gratiani atque Theodosii inchoatus: quo idem Theodosius Imperator ab Acholio Episcopo Thessalonicensi baptizatur. Qua autem occasione ibi e sacramento ipsum iniciari contigerit, sic narrat Socrates d: Theodosius autem post erecta tropaea, Constantinopolim ire maturans, Thessaloniam peruenit: ibi in morbum incidens, cogebat baptizari a domino: quippe ex maioribus religionem iam olim didicerat Christianam fideique Constantinianis se totum addixerat. Et cum propter morbum grauatam baptizari properaret, Episcopum Thessalonicensium ad istud munus obuentum requireret: primum seiscitabatur ab Episcopo, quam fidem amplexaretur. Et cum Episcopus respondisset, opinionem Arij minime perlyricam pernasisse, neque noniam illius doctrinam eius regionis Ecclesias potuisse occupare, sed omnes, qui in illa versabantur, antiquam illam & verissimam fidem ab Apostolis traditam, inque Concilio Niceno confirmatam semper obseruasse: Imperator ab Acholio (ita enim vocabatur Episcopus) libentissimo animo baptizatum re. ept. Paucis igitur post diebus a morbo recreatus Constantinopolim contendit octavo Kalend. Decembris, Gratiano iam quintum Consule, eoque ipso Theodosio primo. hucusque Socrates, in eo sane corrigendus, dum loco Macedoniae ponit Illyricum: Thessalonica enim, cuius Acholus erat Episcopus, non in Illyrico, sed in Macedonia sita est. Caeterum ipsum delegisse ab Acholio baptizari ob insignem viam vitam miraculorum virtute conspicuam, existimamus. Qualia autem quantane aduersus Gothos diuina virtute operatus sit, cum victorem exercitum, qui copias Romanorum vicerat, & ipsorum Imperatorem extinguerat, superauit, superius enarratum est. Deo igitur omnia accepta ferens Theodosius, Imperium atque vitam, nihil antiquius habuit, quam de fide Catholica bene mereridem quo S. August. sic ait: Inter hac omnia ex ipse initio imperij sui non quicquam inuicem & misericordissimum legibus aduersus impios laboranti Ecclesia subuenire quam Valens haereticus saeuens Arianis vehementer assiduerat: cuius Ecclesia membrum esse, magis, quam in terris regnare gaudebat: haec ipse. Huius quidem rei fidei facit aurea illa sanctio ab eo hoc anno Thessalonice promulgata, quae sic se habet: Impp. Gratiano, Valentiniano, & Theodosio A.A.A. ad populum vrbis Constantinopolitane.

GR. PAP. NON EST PASTOR PATEL EPISCOPUS.

I. THEODOSIUS BAPTIZATUR.

d. Ser. Lp. r. 6.

\* Macedoniae.

\* Acholio.

c. August. de eu. D. d. l. r. 20.

fl. de f. Cath. C. Theod. II.

Concilio